Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



mentum tuum. Et vocabitur tibi nomen
nouum: quod os domini nominauit. Et eris
corona gloriae in manu domini: et diadema regni
in manu dei tui. In Cantico.
Non vocabis vltra derelicta: et terra
tua non vocabitur amplius desolata.
Sed vocaberis voluntas mea in ea:
et terra tua inhabitabitur. Quia complacuit
domino in te: et terra tua inhabitabitur.
Habitabit enim iuuenis cum virgine:
et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit
sponsus super sponsam: et gaudebit super te
deus tuus. Super muros tuos hierusalem constitui
custodes: tota die et tota nocte
in perpetuum non tacebunt. Qui recordamini
domini ne taceatis: et ne detis
silentium ei: donec stabiliat et donec po
nat hierusalem laudem in terra. Sabbis diebus
ad vesperas ymnus sequitur.